

Bisthum Squillace.

Friedrich II. nimmt den Bischof R.¹, dessen Kirche und deren Zubehör in seinen Schutz.

1231 August, Melfi.

Fr. dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex.

Per presens scriptum notum facimus universis fidelibus nostris, tam presentibus quam futuris, quod R. venerabilis Squillachensis^a episcopus, fidelis noster, nostre celsitudini supplicavit, ut personam suam, ecclesiam Squillacensem cum hominibus, bonis omnibus et rationibus aliis, spectantibus ad eandem, sub spetiali protectione et defensione nostra recipere dignaremur. Nos autem, benignum supplicationi sue prebentes assensum, personam eius et ecclesiam memoratam cum hominibus, bonis omnibus et rationibus aliis, ad eam pertinentibus pleno iure, sub spetiali gratie nostre protectione et defensione recepimus et habemus, mandantes universis et singulis, quatinus nullus sit, qui personam dicti episcopi et ecclesiam Squillacensem cum omnibus hominibus et bonis suis, que iusto titulo tenet et possidet, necnon et aliis rationibus et libertatibus suis contra presentis protectionis nostre paginam temere molestare vel perturbare presumat. Quod qui presumpserit, indignationem nostram se noverit incursum. Ad huius autem spetialis nostre protectionis memoriam presens scriptum fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Anno, mense et indictione subscriptis.

Dat. in civitate Melfie anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense Agusti^a quarte indictionis.

Dr. K. A. Kehr aus dem Original im Staatsarchiv zu Neapel.

Bisthum und Kapitel Troia.

Wie reich das Kapitelarchiv an ungedruckten Papst- und Königsurkunden sei, lehrte zuerst V. Stefanelli, *Memorie storiche della città di Troia* 1879. Eine Anzahl der wichtigeren sollte der zweite Band bringen; aber das bereits abgesandte Manuscript, — wenn ich recht berichtet

a) Sic!

1) Der Name ist unbekannt.